

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**EXEGESIS || DIVINAE ATQVE || HVMANAE KOI-||nōnias. ||
Autore PETRO BOQVINO || D. Theologo.|| ... ||**

Bouquin, Pierre

Heidelberg, 1561

Cap. XVII. Ministerij ad hominis analogia

[urn:nbn:de:bsz:31-248509](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-248509)

Christiana doctrina dissoluatur. Ergo *ἡ ζωὴ* nulla cum Christo esse poterit, his qui fide & spiritu sunt destituti. Apparet etiam quàm fit uerum quod Apostolus tanta cum asseueratione pronunciat Corinthiis scribēs,
 1. Cor. 10. Non potestis poculum Domini bibere, & poculum demoniorum: non potestis mensæ Domini participes esse, & mensæ demoniorum. Si de externo potu, qui ore corporeo sumitur, ageret, quid uetabat quo minus idem hauriret utrumq;? sed de uera, plenaq; *ἡ ζωὴ* ipsum loqui, res etiam ipsa loquitur.

Ministerij ad hominem analogia.

CAP. XVII.

IN superiore descriptione seposui Ministerium ab aliarū partium ordine, ita ut medium uelut locum teneat inter spiritum S. & fidem: id qd à me certo factum est cōsilio: ut qui intelligam hoc ab illis in ista cōiunctionis ratione plurimum differre, Equidem

dem famulatur, ut dici solet, ordinariè ministerium spiritui S. at id neque necessitate quadam fit, neque est perpetuum. ut enim adhibito ministerio non mox sequitur esse spiritum S. efficacem: ita nihil uetat quo minus quod uult, atq; quoties uult, citra ministerij adminiculū efficiat, fidem, atq; alia sua dona cōferens. Rectè pariter ac piè dici solet, spiritus S. energiam minimè externo uerbo atq; elementis seu sacramētis esse alligatam. Nam diuersum sentire, est primum de spiritus S. potentia malignè sentire: deinde multis qui exteriore illo adiumento destituuntur (uelut Dauid metu Saulis olim exulans) spem præscindere salutis. Igitur locus iste postulat ut expendamus quatenus sit ministerium istius *noivcovias* indicium atque testimonium.

Eadem ferè est quæstio hæc atq; illa, quæ uulgo mouetur, ac sæpe multumq; hodie agitur, de ueris Eccle-

k 2 sig

*Spiritus S.
uis, non est
ministerio
alligata.*

sia notis. Pleriq; omnes eas in ministerio positas esse, & agnoscunt, & defendunt. Digna sanè res est de qua sedulo inquiratur, ut quæ ad salutem omnino pertineat. Nam & sæpe & diligenter nos monet spiritus S. ne quid sit nobis commercij cum incredulis, & à Christi societate alienis: sed ut eorum consuetudinem fugientes, nos ad piorum amicitiam aggregemus, taliumq; frequentemus conuentus.

Ecclesiæ nota.

Indicia minimè fallacia istius *viciis* ferè enumerantur, pura Evangelicæ doctrinæ prædicatio, & sacramentorum administratio legitima. neq; id abs re. Nam probabile est ibi adesse spiritum S. ubi esse cernimus, quæ ad præstandam hominibus salutem destinavit, atq; instituit. Neque dubium etiam esse debet, quin non sit passurus eos uerbo atq; sacramentis diu frui, apud quos fructum nullum edent. quæ cogitatio si animis nostris penitus insideret, eos exuscitaret

taret ad illa diuinæ benignitatis testi-
monia, summo studio excipienda, at-
que religiose colenda.

Porro alia quædam ratio est dju-
dicandi cœtus à cœtu, uelut quodam
corpore integro : alia de singulis ad
eum cœtum pertinētibus, quasi mem-
bris quibusdam. Eam esse electorum
Christi conditionem, ut habeant tan-
tisper dum hic seu exulant, seu pe-
regre agunt improbos permixtos
(ut iam est dictum) notius est quam
ut probatione egeat ulla. Quo fit ut
quemadmodū fugienda omnino no-
bis est ea societas, in qua non uiget ue-
rus Dei cultus: ita cauendum profus
est, ne ob improbos quorundam mo-
res, cogitemus de deserendo cœtu, in
quo publicè uerus Dei cultus asserit,
atq; retinetur. Fefellit olim hic scrupu-
lus Donatistas, & fallit etiamnum ho-
die eos qui seueriores sunt alienorum
morum censors, & suæ iusticiæ atq;
pietatis immodici admiratores. Piorū
k 3 est

est frequentare públicos congressus, quantumuis non dubitent admixtos esse plerosq; loco quidem & corpore focios, uerum re, hoc est animo & spiritu à Christo alienos.

Regula Apostolica.
1. Cor. 5.

In singulorum uerò consuetudine amplectenda, Apostoli regula ista omnino seruanda est: *Si quis, quum frater nominetur, sit scortator, aut auarus, aut idololatra, aut conuiciator, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi ne edatis quidem.* Ad hanc dijudicationē necessaria est prudentia quidem, & modestia, sed imprimis charitas: quæ optimæ certissimæq; regulæ loco esse poterit. fugienda temeritas, & curiositas inquirendi in uitam alienam. ab occultis, obscuris, ambiguis abstinentium: ac Christo, ut Apostolus monet, ea sunt cōmittenda. de solis manifestis certisq; argumentis nobis iudicium sumamus. Verum de his satis dictum. ad Ministerium redeamus.

1. Cor. 4.

Vt

Vtut Ecclesie, notę esse possint, E-
 uangelicę doctrine pura prædicatio,
 & sacramenta legitimę administrata,
 nequaquam tamen sunt necessaria in-
 dicia *νωβαιας* cum Christo: cum hæc
 sine fide atq; spiritu S. coire nequear,
 ista uerò nequaquam externum mini-
 sterium perpetuò cõsequantur, ut ipsi
 affixa. Sed præstat audire Augustini i-
 sta de re iudiciũ. Is locis aliquot, no-
 minatim in Iohannis epist. tract. 5. & 7.
 quę sua, aut potius quę spiritus S. in li-
 teris sacris sit sententiã tradit ac clarissi-
 mę exponit. nam enarrans illud Ioan.

*In hoc manifesti sunt filij Dei, et filij dia-
 boli: & qui diligit, ex Deo natus est,*
 non dubitat pronuciare unam dile-
 ctionem esse certam notam, & regulã
 filijs Dei, à filijs diaboli discernendis
 idoneam: hoc est eam esse quę legiti-
 mos à spurijs distinet. Verũm nõ
 Augustini aut Iohannis solum, sed e-
 tiam ipsius Christi ista est sententiã.

Dilectio est
 Christia-
 nisni *την
 μήριον.*

k 4 Sic

Iohan. 13. Sic enim suos illos delectos discipulos, quos paulopost relicturus erat, alloquebatur: *In hoc cognoscent omnes quod discipuli mei sitis, si charitatem habueritis alij in alios.* Diserta uerba sunt, neq; ulla egent interpretatione.

Nodus dissoluitur.

*Iohan. 1.
Gal. 3.*

Verum eximendus est scrupulus, qui nasci potest ex his uerbis, & alijs, quæ supra de Fide, ex Iohanne & Paulo recitata sunt. Clare isti testificantur, fidei deberi, eiq; ferendam esse acceptam diuinam adoptionem: ac omnino censi inter Dei filios eos qui credunt in Christi nomē. Nullam prorsus esse dissensionē, facile cognoscent qui ipsas loquendi formas considerare attentius uoluerint. nam inde conciliatio peti potest longē certissima.

Diuersa omnino sunt Fieri & Cognosci, Gigni & Apparere. Illud fidei, hoc dilectioni tribuitur. illa Dei, ista hominum respectu dicuntur. Nam fides quæ propriē in animi penetralib.

reli-

residet, Deo est nota, & ex ea homines æstimat: Charitas foràs prodiit, & sub hominū cadit oculos, ideo ea, Dei filios, Christiꝫ discipulos, isti meritò metiuntur. Charitas foràs erumpens cum actiuosa sit, aspectabilē quodam modo fidem reddit, ut foetus parentē, ut inde iudiciū sumamus, ac discrimen constituamus inter ueros ac falsos doctores, monuit Christus: sicut ex fructibus arbor estimari solet & debet. Certius multo indiciū esse hoc uidentur ad ueros à falsis, germanos à supposititijs Dei filijs dijudicandos, q̄ ministerium quod subinde fallax est, ob multam, hominibusq̄ familiarem hypocrisim. Sanè Augustinus dū illa Christi & Ioānis uerba enarrat, multa enumerans minimè certa, aut firma testimonia, nominatim recenset Sacramenta, et præcisè *Baptismū & cœnam Domini*. hoc est ut ipse uocat, *sacramentū corporis atq̄ sanguinis Domini*.

k 5 quæ

que bonis pariter ac malis communia esse pronunciat. Vnde facile cognoscitur, externis istis symbolis, non esse perpetuò cōiunctam cum Christo, aut ipsius carne (nam ab eo diuelli nequit) *κοινωνία*: uerū ubi & quando legitimus est usus solum, nempe Spiritu sancto atq; fide præsentibus: quibus exclusis nulla cōsociatio intercedere potest. Vt itaq; uehemēter errant qui diuinū istud ministeriū inane aut ociosum esse arbitrant: ita qui ipsi siue gratiam siue *κοινωνία* (est enim tene in hoc argumento inter utraq; discrimen) perperuò agglutināt, pessimè de diuinis mysterijs iudicant. Illi falluntur, nisi ipse uehementer fallor, ambitione, que diuinę huius, ut uocāt ueteres, dispensationis contemptum quendam inducīt, & fastidiū parit: isti superstitione (quam ignoratio & alia quædam ingenerare solent) errare mihi uidentur. Nam externis rebus additiores, & præposterè iudicantes, supra

pera inferis, seu diuina humanis com-
 miscent. Media igitur, hoc est uera
 pia, sacriscq; literis consentiens sen-
 tentia est, Ministerium totum aliud ni-
 hil esse, quam diuinum organum, spi-
 ritusq; S. instrumentū, quo mirificus
 artifex nostræ infirmitatis causa uti-
 tur, ad illam nostri cum filio & patre
 efficiendā *νονωβίαν*: qui effectus con-
 sequitur haud dubiè (nam quod pro-
 misit præstat, qui fallere nescit) si ad-
 sit, quæ sola potest tantum benefici-
 um excipere, fides. Nam se habet res,
 perinde ac si cibus aut potus salu-
 bres, & pascendo corpori idonei, de-
 mittantur in uentriculum. Si uis illa
 naturæ integra sit, & concoquendis
 digerendisq; istis nutritionis instru-
 mentis sit idonea, omnino sequetur
 effectus. sin minus, uētriculus cibum
 atq; potum repellat, aut grauabitur,
 lædeturq;, & alia ratione erunt ege-
 rendi. Si igitur errorem utrunq; in
 hoc argumento effugere uolumus, ut
 omnes

omnes uelle debemus, & de diuinis
 mysterijs rectè iudicare cupimus, di-
 scamus prudèter & religiose secerne-
 re externa ab internis, cœlestia à ter-
 renis, & corporea à spiritalibus. Habe-
 mus præceptores, ducesq; optimos,
 quos si sequimur, aberrare nequa-
 quam poterimus. Quàm sæpe, quàm
 sedulò, quàm dextre discreuerunt o-
 lim Prophetæ ueram animi pietatem
 atq; iusticiam, ab externa specie: &
 sanctimoniam quam Deus appro-
 bat & flagitat, à ceremonijs, quæ ipse
 alio qui instituit: Exempla occurrunt
 passim, uerùm illud unum de circun-
 cisione carnis, & cordis notasse suf-
 ficiet. Apostoli quanto illustriori-
 bus beneficijs ornati, & uberiore lu-
 ce illustrati fuere, tanto fuere in hoc
 genere illis præstantiores, & in pri-
 mis diuinissimus Paulus. ex quo ex-
 emplum admodum illustre hic ascri-
 bere institui, ne quis fortè (ut hodie
 sunt & tempora & ingenia) cauille-
 tur,

tur, ne dicam calumnieſ, me arguta-
 ri; & curioſe potius philoſophari,
 quam piè de rebus diſſerere tantis.
 Paulus in præclara illa ad Romanos
 Epiftola, contra ſuos Iudæos, præpo- *Rom. 2.*
 ſterè de ſacris iſtis myſterijs iudican-
 tes, & ut hodiè ſunt pleriq; corporeis
 rebus plus æquo tribuètes, acerrimè
 diſputans, inter alia multa pulcherri-
 ma, longè pulcherrimas antitheſes
 coniungit, atq; inter ſeſe componit:
 quibus eos uehementer premit, ipſo
 rumq; ſupercilium mirè traducit. Eas
 hic ſubijciam diſtinctas, ut facilius à
 quibusuis cognoſci ualeant,

Σύγκρισις.

	Iudæus in		[propatulo		
			[oculto.		
Circū- ciſio	[carnis] confat	[litera] laudè hā-	[hominibus.

Quàm pulchrè & aptè ſingula diſcer-
 nit; quàm ſcitè ſimilia cum ſimilibus
 compo-

composuit: quàm dextrè pugnantiã
 inter se opposuit: Idem locus manife-
 ste demõstrat interna externis, hoc est
 spiritalia corporeis nequaquam per-
 petuò esse coniuncta: ut etiã illa sine
 his non rarò esse contingit. Et tamen
 Apostolus de his differens, ad œcono-
 miã Mosaicã respicere uidetur. quãto
 magis in Christiana republica (si ita lo-
 qui mihi licet) & Euangelico ministe-
 rio locum ratio ista habere debet: tan-
 to sanè magis, quãto Euangelicã lucẽ
 Mosaicis umbris illustriorem esse con-
 stat. Ambr. in cap. 6. ad Rom. agnoscit
 & disertè significat in baptisate talẽ
 esse analogiam. *Sicut (inquit) aqua for-
 des corporis abluat, ita & nos per bap-
 tismum ab omni peccato spiritualiter pur-
 gatos, & innouatos credamus, ut quod
 incorporale est, inuisibiliter abluatur.*
 Sexcenta huius generis, tum apud
 hunc scriptorem, tum apud reliquos
 eius.

eiusdem notæ occurrunt. Est omnino
 doctrina perpetua, ad uniuersas mi-
 nisterij partes, omnibus temporibus
 pertinens: tanto semper diligentius
 inculcanda, atq; urgenda in Ecclesia,
 quanto humanum ingenium procli-
 uius est ad externas res mirandas,
 quàm ad internas amandas: & in pri-
 mis imperitum uulgus, cuius oculi fa-
 cile ceremoniarum splendore per-
 stringuntur: cuius nihil æquè est fa-
 miliare atq; præterito nucleo, ad cor-
 ticis aspectum obstupescere. Quis
 quis igitur suæ atque alienæ salutis, ut
 omnes esse debemus, est studiosus,
 gloriæ etiam Christi atq; ueritatis a-
 matorem se esse profitetur, dabit o-
 peram ut prudenter hæc obseruet,
 distinguat, atq; exponat.

Si quis est qui ad eam rem præce-
 ptorem optimum, atq; strenuum du-
 cem desideret, audiat & sequatur, in-
 ter Apostolos inprimis Paulum, in-
 ter ueteres uerò scriptores nomina-
 tim

tim' Augustinum. Quàm crebrò & sedulò ille commonefacit lectorem de his quæ ad hanc rem pertinent: Nunquam non meminit exterioris atq; interioris hominis, quid cuiq; proprium sit, distinctè indicans. Idem duas illas quibus constamus partes corpus et animã, ubi res postulat, prudenter coniungit: at cum diuersum suadet, eas religiosissimè distinguit: & ad quaque partem quid in primis pertineat, clarè ostendit. Ad ministerium quòd attinet, quàm sedulò, quàm appositè, quàm piè distinguit dominum à seruis, patrem familiàs ab agricolis, & œconomis, hoc est authorem à ministris: Quem quisq; teneat locum, & quid cuiq; sit ferendum acceptum, an non apertè pronunciat: Literam etiam à spiritu, & externas ceremonias ab interiore uì illa quæ diuina est, ipsum subinde distinguere, facilè cognoscet qui animum attentum & docilem adferet ad ipsius lectio-

lectionem: Augustinus (cui eum fe-
 re inter ueteres interpretes locum,
 quem Paulo inter Apostolos tribuo)
 est quoq; eximius artifex in hoc ge-
 nere. Statuit enim esse Christum mi- in Iohan.
 nistrum, & Christi ministrum: & quae tract. 26.
 cuiusq; sint partes, nō obscure signifi- et 80.
 cat. Elementum à uerbo, non minus
 aptè quàm apertè discernit, & in uer-
 bo agnoscit transeuntem sonum, atq;
 uirtutē manentē. Ait etiā aliud esse qđ
 dicitur, aliud qđ creditur: quodq; ex-
 terius seu foris est, ab eo quod intus
 est distinguit. Denique os, den-
 tes, uentrem à mente, fideliq; corde
 separat. Eusebius etiam Emisenus, ut
 obiter hoc addam, quod in Farragine
 decretorum est relatum, Sacerdotis
 inuisibilis uim & efficaciam in myste-
 rio Eucharistico, ut cogitemus et con-
 sideremus, monet. Quid uerò inde se-
 quatur, quid' ue antitheseos postulet
 ratio, nequaquam est cognitu diffici-
 le. Sunt generis eiusdem plurima, &
 1 pauca

pauca de multis indicasse sit satis. Certè ex locis talibus planis & certis, de alijs siue obscuris, siue dubijs, qui iudicio sunt aliquo præditi, quid sit uel colligendum uel sentiendum, iudicare facillimè poterunt.

Verùm ut studiosa piacq̃ iuuentus istud argumentum cognitu apprimè necessarium adhuc plenius cognoscere ualeat, de que locis aliquam obscuritatis speciem præ se ferentibus, certam dijudicandi uelut normam habeat: Ministerij partium ad eas ex quibus homo constitutus est (nam huius naturæ, illud esse attemperatum æquus istarum rerum æstimator non dubitat) analogiam oculis esse subiiciendam putauit. Ad capita quatuor omnia quæ in isto genere dicuntur, diciq̃ possunt, referenda esse arbitror. Nam aut quæritur quisnam donet quod per ministerium offertur atq̃ conferatur, aut quid illud sit quod doatur, aut ad quam hominis partem pertineat, aut

aut denique qua ratione accipi illud
 uel debeat, uel possit. Ut autem quacumque
 clere, quæ in quaestionem uenit, recte
 iudicetur, & aptè disseratur, in primis
 scire considerareque conuenit, ut in ho-
 mine, ita in ministerio toto partes esse
 geminas, sibi mutuò respondentes.
 quare ipsa rerum natura flagitat, ut eas
 ad sese referamus, & uelut singulas
 singulis accommodemus: nisi quis
 fortasse iudicio sit adeò præpostero,
 ut omnia perturbare, & ad instar coci
 aut imperiti, aut peruersi omnia con-
 fundere iura malit. Id uerò erit non
 ὀρθοτὸς αἴψ, sed lacerare & discerpere
 ueritatis sermonem. Quisquis iudi-
 cio est non prorsus malò, rem ad
 hunc modum, credo, se habere fa-
 tebitur. Deum quæcunque bene-
 ficia in Christi filij sui gratiam imper-
 tiri decreuit, per spiritum (quem Chri-
 sti uicariam uim, scitè nuncupat Ter-
 tullanus grauissimus scriptor) inter-
 no, ut Paulus nominat, aut ut Petrus

l 2 loqui-

loquitur, occulto atque cordis homi-
 ni distribuere: hunc uerò quæ ab illo
 offeruntur & cōferuntur, accipere fi-
 de: quæ ut unicum ipsi est instrumen-
 tum diuinitus concessum, ita abunde
 præstat quicquid in isto genere desi-
 derari potest. Dona ista cum diuina
 sint, & à Deo uelut perenni fonte flu-
 ant: quis præter eum ipsum talia do-
 nauerit, dispensarit, distribuerit? Et a-
 liud quàm diuinum organum ea quo
 modo apprehendet aut sumet? Quod
 cum ita sit, quænam erunt ministri par-
 tes, nisi ut ea adhibeat, quæ humanæ
 infirmitatis causa author ut optimus,
 ita & sapientissimus adhiberi, non
 tantum uult, sed etiam iubet? Istud au-
 tem quid aliud est, quàm illud totum
 quod appellatione rei terrenæ notare
 iam olim est receptum? Hæc enim, ea
 omnia quæ rei cœlestis nomine con-
 tinent, tegit, uestit, pingit, subijcit o-
 culis terreni hominis, & ipsi quodam-
 modo insinuat, ut facilius in animum
 admitte

admitte
 radice
 uera q
 pellata
 data.
 confer
 fit, & E
 rena te
 comp
 iunger
 partis
 nem: o
 at hon
 comm
 eas re
 Siclar
 se doc
 uay r
 renas
 qui n
 se est
 uerb
 re, &

admittant, penetrēt penitus, altiusq̄
 radices agant. Hinc est illa nō minus
 uera quā elegans uisibilis uerbi ap-
 pellation, externo elemento accommo-
 data. Iam uerò nunquid ratio, fidei
 consentiens, flagitat ut Apostoli Chri-
 sti, & Ecclesię architecti exemplo, ter-
 rena terrenis, ut spiritalia spiritalibus
 componentes, adaptantes, siue con-
 iungentes, agnoscamus & dicamus,
 partis huius administrum esse homi-
 nem: qui eam etiam externo adhibe-
 at homini, hīc uerò sumat, sibiq̄ ac-
 commodet, per sensus & organa, ad
 eas res recipiendas & data, & aptat
 Sic sanè docet diuinus spiritus eos qui
 se dociles præbent *ἀνακείναι, ἀνακεί-
 ναι καὶ συγκεῖναι* res cœlestes atq̄ ter-
 renas, seu spiritalis & corporeas: quę
 qui non audiunt, & sequuntur, neces-
 se est subinde aberrare: & iuxta pro-
 uerbiū, non rarò securi fores aperi-
 re, & clauē findere ligna.

1. Cor. 2.

συγκεῖναι
τες

1 s. Epī